



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 34. De cambio locali, & à nundinis ad nundinas,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

fit cambium, nec minus detor quam ipsa valet, quoad materiam ex qua constat. Probatur, quia in eo nulla datur iniustitia, quandoquidem de facto est venditio quadam, in qua ex una parte pecunia data accipitur ut res, & quasi merx quedam: & ex alia, pecunia redditus, que fit pretium iustum, saltem pium seu iustum. Quod si ea esset infra infinitum pretium iustum, quo debetur prior pecunia aestimari, iniustitia committeretur, & consequenter daretur obligatio ad restitutionem.

TERTIVM DVBIUM EST. Vtrum licet campori ac hac cambij specie venti, aliquando in maiori valore computare pecuniam, quam taxatus fuerit quando cassa est nec interea talis taxatio mutuata fuerit auctoritate publica.

Dicendum est primo, quod si ex praefactudine, aut alia legitima de causa, pecunia valor qui prescriptus est a Principiis, non sit ita stabilis ac fixus, quin pro ipsarum, aut ipsas querentium multitudine, vel paucitate crescat, & decessat ad instar mercium non taxatarum lege (sic videmus vñuenire in Gallico scutis aureis, quorum taxatio quidem est 60 solidorum: si tamen vi valeant, aliquando 6 + solidos; aliquando erant plures iuxta varietatem ipsorum, & alias circumspectiae occurrentes) tunc nulli dubium esse quia campori licite possit talem pecuniam iuxta incrementum currentis computare: quandoquidem pecunia eiusmodi non habet legem statutum valorem stabilem ac fixum: sed variabilem pro varia ratione circumstantiarum.

Dicendum est secundo, quod si valor pecuniae taxatus auctoritate seu ordinatione publica firmus sit, ut pl. r. q. e. sole, tunc etiam ratione lucri cessantis, campori ultra illius aliquid accipere posse: nempe si paratum haberet aliquam monetam transportandam ad eum locum ubi ea plus valeret: moneta quam pro aureis recipit, non curatur in regno in quo empturus est merces, ita ut impediatur ab emendo (unde lucrum ei cessabit) aut certe emere non possit nisi amissa parte valoris suarum monetarum. In quibus casibus premonito campario, potest campor pro commutatione talis monetæ, tantum accipere quanti aestimari debet interesse quod inde patitur: sive damni emergentis, sive lucri cessantis; nam cum lictum sit in mutuo, quod omnes concedunt, non autem in cambio seruare se indemnem, nulla ratio edipotest.

Dicendum est tertio, quod si pecunia quam petis a camptore, ratione materie, tunc temporis plus valeat, quam sit taxa definita. Principis lege, aut communis patriæ consuetudine: non satis constare an licet campori aliquid amplius capere, nimis quantum eadem pecunia ratione materia plus valeat. De quare Medina quidem in Cod. de acquisitione per usuram q. 7. contendit, quod quamdiu publica taxatio monete vim habet, ne sit plus accipere quam taxatum ficeret tam valere, quantumcumque ex materia vi ex auro pretiolor sit, quam alia in eodem valore ordinarie currentes: atque adeo aptior sit ad finitatem, & ad alias communitates. Rationem reddit: quia tunc cum monete valor per legem, vel communem patriæ consuetudinem taxatur, habetur quoque ratio ciuiummodi communitatum:

Sotus vero in lib. 6. De iust. & iure quest. 9. art. unico concl. 1. Sylla. vñura. 4. q. u. 3. Couar. in collatione veterum numismatum, cap. 7. numer. 3. contra sentiunt, & merito, quia ceteri paribus metallum præstantius, & ad plures vsus accommodatis ex se pluris aestimatur, neque suam illam qualitatem amittit ex eo, quod sit signatum, & rationem moneta habeat. Quare quoties in aliquo loco, pro aurii frusto quod signatum non esset, nec moneta rationem haberet, acciperetur incrementum pretij ultra illud quod pro moneta eiusdem ponderis, lege taxatum est, licet quoque item incrementum acciperetur pro moneta illius ponderis & bonitatis. Neq; enim ex auctoritate patitur, ut materia moneta, ex eo quod sit signata signo publico, inferioris valoris sit, quam alioquin ipsa sit in se, & quam alia ei in pondere & qualitate similis, censeatur esse, neque eam fuisse mentem legislatoris credendum est.

Ad rationem autem pro Medina factam, respondetur: Principem cum determinat valorem nummorum, non intendere taxationem illorum facere secundum omnem rationem illorum, & quod omnem usum quem habere pos-

sunt: sed solum secundum rationem formalem, que est, mensuram esse rerum venalium, & solutionis debitorum. Pro quo facit quod videamus aureis nummis eiusdem speciei (non obstante quod aliorum materia melior sit, & aliorum decretorum) auctoritate Principis constitutum esse parem valorem seruandum in facienda solutione mercium & debitorum. Secundum rationem vero ipsorum materialium, seu ratione conditionum quas habent ex materia, puta ratione puritatis, vel raritatis, vel commoditatis, vel antiquitatis, vel figuræ, non sunt taxati: sed reliqui sunt vulgari aestimatione, quia sicut materia excellentior non redacta in monera continua crescit in valore, ita & materia monetae, quae est illi omnino simili. Vnde fit ut sic esset vis legis impeditis ascenderet in precio talis monetae: quia nimis illius taxatus non fuit tanquam rei cuiusdam, sed tanquam pecuniae mensurave rerum venalium, & solutionis debitorum.

Quanquam tamen non grauare concesserim Medinæ, quod si in pecunia eiusdem metalli & signi, modica tantum diuersitas sit in natura, quod puritatem metalli; aut si materia melioris monetae non excedat pretium eidem monetae à lege taxatum: tunc legem aequaliter pretium utique monetae constituentem, seruandam esse tanquam iustum: quia non est consentaneum, ut ob quamcumque rerum modicam varietatem lex varietur: alioquin de rebus humanis, quarum tanta est inconstans, nulla certa lex dari posset. Adiuerte vero obiter, non reprehendi tanquam illicitum, quod aestimatio nummorum crescat supra taxam Principis, ex appretiatione & vsu vulgi (Principi ipso non contradicente) propter materię puritatem, vel pondus, vel quia in locis vicinis pluris aestimantur.

POSTREMUM DVBIUM EST. An si cœconomus aut procurator, vel alijs quia domino accepit pecunias ad aliquid emendum, vel ad debitum solvendum, vel pro aliqua fabrica, eas cum alijs hoc genere cambij permittet lucrum accipiendo; an inquantum possit licite id ipsum lucrum sibi referuare? De quo plenius Molina in cit. tract. 2. disp. 402. Tenendum autem est, quod possit: quia tale lucrum est ex ipsis industria, labore, & opera. Neque obstat esse ex aliena pecunia, iuxta legem. Si ex ea, Cod. De rei vindicatione: nec quod destinata ad solutionem creditori faciendam: quia talis species pecuniae non erat ei debita, & in alia solvitur insufficienter. Si tamē ea fuerit mens domini, ut suo creditori illa species pecuniae tradetur ad gratificandum ei, dandamque occasionem lucrati: & peccaret tunc cœconomus, & tenetur resarcire dammum lucri cessantis, si quod creditor inde accepert.

450.

C A P V T XXXIV.

De Cambio locali, & à nundinis ad nundinas.

S V M M A R I V M.

- 451 Varij modi: cambij localis.
 452 Licitum est lucrum ex cambio, quo suscipitur onus pecuniam acceptam transportandi in alium locum.
 453 Quod verum est, etiam si transportatio sit tantum virtutis.
 454 Quod sit in istum pretium in ei: si modi cambio.
 455 Cum campori ilud capere possit, non obstat quod tali pecunia egat.
 456 Licitum est cambium in quo campori dat pecuniam, ut alibi recipiat.
 457 Quod procedit quantumcumque pecuniam acceptam non transferat: alio.
 458 Refutatio eorum que obici possint in contrarium.
 459 Malafides, sive camporū, sive camporis in talis causa, inducit obligationem ad restitutionem.
 460 Explicatio dubij, au si lucrum in cambio locali, cu campore, et pecunia in loco ad quem debet pecuniam à campore acceptam tranportare.
 461 Quod tenendum sit de cambio locali; quando sive lege, sive consuetudine, in uno loco plus valoris taxatum est pecunia, quam in alio.

- 450
462 Causa ob quas pecunia, etiam si taxatione legis, a: t: com-
munis estimationis sit equalis in diversis locis, accidenta-
liter tamen plus valet in uno, quam in alio.
463 Quid sit tenendum de cambio locali, cum ex aliis quatuor cau-
sap. cunia plus valeat in uno loco, quam in alio.
464 Vnde diadicari debet, an pretium, quod in eo accipitur,
sit iustum.
465 De cambio à nundinis ad nundinas.
466 Modi varij quibus fit cum regula seruanda ut licite fiat.
467 Conditiones ad illud requisita per Bullam Pij V. de cambio.

Q V A S T I O N E IX.

Quid tenendum sit de cambio locali.

451. **C**AMBIVM reale ratione diversi loci, fieri potest dupli-
citer: uno modo, ut moneta quae permutatur transfe-
renda de loco in locum, sit eiusdem valoris in utroque loco.
Altero modo, ut sit diversi valoris. Cumque ratione vtriusque
modi non sit idem de eo statuendum; prius considera-
bimus illud prout exercetur in moneta eiusdem valoris, &
posterior prout exercetur in moneta diversi valoris. Et rur-
sus cum ipsum triplicis generis esse notauerimus in quest. 5.
sub fine; primus docebimus quid tenendum sit de eo, in
quo campor accipit pecuniam in uno loco, ut postea de
aliam per se, aut suum correspondentem in alio loco. Deinde,
quid de eo, in quo campor prius tradit pecuniam, ut alii
bi per se, aut per suum correspondentem, illam recipiat.
Postremo, quid de eo, in quo ad vtriusque utilitatem cam-
por dat pecuniam quam Lugduni verbi gratia habet, vbi
camparius ea indiget: pro simili pecunia quam iste habet
Lutetiae, vbi campor ipse ea indiget. Adiuverunt autem obiter
in hoc cambio locali sicut in minuto, lucrum licitum esse
non tantum camporum publicis, sed etiam priuatis, nisi il-
lud aliqua humana lege prohibeantur exercere quod a Soto
traditum in 6. De iust. & iur. quest. 10. art. 1. probatur: quia pri-
uatus subit idem onus, quod campor publicus: eademque
præstat, nec tenetur gratis ea præstare, cum de finit pretio
digna, à quo cumque præstentur.

*Responso, cum campor accipit pecuniam, ut
alibi reddat.*

452. **D**E cambio igitur locali primi generis, tenendum est,
ut lucrum quod campor ex eo accipit, esse licitum,
deummodo arbitrio prudentium non excedat valorem eius
quam suscipit a cunctis, aut virtualis transportationis pecu-
nia de loco in locum, habita ratione distantiae, onerum, pe-
riculorum, laborum & expensarum. In hoc enim conuenient Doctores (quod nota Molina disput. 403. aliquot praci-
pius citatis) & consentit Pius V. in Bulla quam de cambiis edi-
dit, relata à Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 283. lit. N. Et probatur
quoniam agazones, & nautes pro transportatione pecuniae de
loci in locum, iuste accipiunt mercedem, & eo maiorem
quo loca magis distant, & quo itineris pluribus obnoxia sunt
periculis, & quo pecunia est in maiori quantitate; & sic de
cæteris circumstantiis quo transportationis valorem aug-
re possunt. Ergo pari modo campor iuste pro simili trans-
portatione stipendium accipiet.

Nec refert quod is ut plurimum non transferat actualiter
pecuniam quam accipit, sed habeat correspondentes, vel famulos in locis distantibus, quibus eam solvant, quia
candem commoditatem, & operam pretio estimabilem
præstat petebitus si in modi cambium, ac si actualiter pecu-
niam ipsam transferret. Quod vero ipse facilius id face-
re possit quam alius, & pacificius, aut fere nullis sumptibus,
periculis, aut laboribus, id specat at ipsius soleritatem & in-
dustriam, vel ad felicem ipsius conditionem eam parte,
sic ut tabellario centum aureos transferendos Lugdunum
tradam certo pretio, & ille hominem inueniat qui hic acci-
piat, & paratus sit id oneris subire, non minus idem tabel-
lariorum iuste à me accipit pretium promissum, quam si ipse
met de facto candem pecuniam transtulisset, quia facit id
quod æquipollit ipsi translationi. Neque etiam refert,
quod campor acquirat pecunia accepta dominium, non
autem tabellariorum: quia eo non obstante, campor, sicut &
tabellariorum, operam præstat alteri estimabilem pretio, dum

453. 454.
facit, ut is pecuniam quam habet in uno loco, accipiat in
alio; ita ut titulo locationis opera, merito censeatur ex isti-
usmodi cambio lucrum capere, prout statuit Soto in 6. D/
iust. & iur. quest. 10. art. 1. & patet ex ratione ante proposita.
Cenferi quoque potest capere titulo asecuracionis quia
campor accipiens hic pecuniam alio transferendam, non
suscepit onus transferendi, sed etiam periculum pecu-
nia præstat; ut si ea pereat, non pereat danti, sed ipsim
campori, quod est secundum onus pretio estimabile, vt
patet, cum de translatione pecunia transfiguratur cum ta-
bellario. Nec refert quod campori in pecunia transferenda
nullum sit periculum, cum ipse alibi eam paratam habeat,
quia id bona conditioni ipsius, vel industria tribuendum
est, sufficitque illud quod alteri præstat, esse pretio estimabile,
dum obliga seruum alterius tutam in loco condito
repræsentare.

PORRO pretium ac lucrum iustum in hoc cambio, nisi
sui legi definitum, illud est, quod in cōmuni foro taliter cam-
bientium constitutum est. Quod quidem non confitit in
indivisiibili, sed crescere, & minui solet pro multitudine, &
paucitate camporum, & campariorum, etiam quando cam-
pores sex certissima pecunia, & sine magnis laboribus, & ex-
pensis lucrantur. Etenim multitudo potentissimum cambium,
& paucitas camporum, ipsam auget, & contra multitudine
camporum, & paucitas potentissimum cambium minuit, per-
inde ac fit in aliis mercibus. De quaere Medina in Cod. De
acquisitis per vslaram, quest. 8. Quod si per tyrannidem mo-
nopolis, aut insatiabilis sitis aegendi aurum, maius pretium
introducatur, quam rei natura, & circumstantie postulent,
sumere illud erit peccatum contra iusticiam, cum obligatione
ad restituendum, sicut & quoties alias sumit quis maius
stipendium quam debeatur pro obsequio quod impedit.
Veruntamen non committit vslaram, quia si in modi
cambium nullam mutuit, quod est proprium vslara subiectum,
habet rationem.

Atque ex his intelligitur, quid respondendum sitad hunc,
& alios similes casus. Opus mihi est pecuniam meam è Bur-
gundia Romam transmittere, & campor ea indigenis in
Burgundia suscipit in se onus eam transmittendi Romam;
potuisse licere exigere à me transmissionis pretium, per-
inde ac si non indigeret eadem pecunia? Respondendum
enim est, posse, quia reuera liberat me onere, labore, pericu-
lis, & expensis transmittendi, quod non minuscum est estimabile
pretio, quam si pecunia mea non indigeret. Ad quod
faciunt tradita per Soto in cit. art. 1. circa medium & per
Medinam in Cod. De acquisitis per vslaram, quest. 9. ver. Secu-
foste. Quinimo si videns camporum egere pecunia, illi dem
meam cum onere tantumdem restituendi in alio loco di-
stanti, committam vslaram, tanquam ultra fortem exigens
eiusdem pecunia transportationem, quae est onus pecunia
est.

Exterum de hoc cambio dicta procedunt etiam cum
localia quibus sit, eisdem regni fuerint; prout contra So-
to ex presit Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 283. lit. E. Nulla
enim id negandi, afferri potest sufficiens ratio ex natura rei,
cum tunc quoque campor subeat onus pecunias trans-
fendi, quod non tenetur gratis sumtere.

*Responso, cum campor dat p: cuniam, ut alibi
recipiat.*

454. **H**Oc cambio localis genus vslarum esse aliqui appare-
re potest, quia campor illud exercens non videatur trans-
ferre camporum pecuniam, sed potius contra, facere ut suam
camparius ipse transferat.
Sed tenendum est contrarium cum Caiet, in tomo 2.
Opus tract. 7. cap. 6. Soto lib. 6. De iust. & iure. q. 10. art. 1.
sicut illis, aliquotque alijs citatis tenent Lsd. Molina in sepe
memorato tract. 2. disput. 404. & Leon. Lessius De iust. &
iure lib. 2. cap. 23. dubit. 3. Tum quia in Bulla Pij V. De cam-
biis, relata à Nauar. vi ante meridiem, hoc cambium non re-
probatur secundum se, sed ut habet adiunctas malas circum-
stantias, quales sunt antea relata in quest. 7. Tum quia pecu-
nia quatenus distans, per se annexam habet transpositionem
cū industria, & sumptibus facienda, & ideo pretio estimabi-
lem. Tum demū quia illud pallatum est in contrarium, facile
relicetur.

reducitur, quia in casu proprio sito camporum pecuniam quam campifariis alibi habet, censeatur ex eius intentione, & petitione transferre. Ideo enim campifariis tunc adit camporum, quod pecuniam quam alibi habet, velit habere praesentem in valore; non autem quod velit curam suscipere transferendi alio pecuniam campitoris.

457. Neque refert quod campor dando pecuniam suam,
non transferat illam camparij alibi habitam, quia satis est
quod faciat in eo illud, quod prudentia estimacione a-
ctu valet; ac si transfret huc pecuniam alibi acceptam;
non minus quam si petens à tabellario, vt debitos mihi
Lugduni centum nummos aureos, inde huc adferat; & ille
antequam hinc discedat, totidem de suo mihi numeret.
Quare sicut tunc tabellarius capiens pretium solendum
pro alportatione, non censetur committere iniustitiam, ita
nece censendum est campor committere in nostro casu, sed
litterar iusto titulo locationis opera in transportanda pe-
cunia.

Nec est quod obicitur camporum posse pecuniam facere praeferente sine periculis, & sumptibus. Nam id absolute falsum est, cum si p. multos, & magnos sumptus faciat, & pericula ea de causa subeat, factore que alibi habeat magna mercede conductos. Deinde, vt id plerumque verum sit, tamen industria, aut bona conditioni p. suis assignandum est. Sufficit enim pecuniam absentem ex ipsa rei conditione, communiter non sine magnis periculis, & sumptibus haberi posse. Similiter nec oblat quod interdum campori commodum sit pecuniam habere absentem, quia id non prouenit ex ipsa conditione rei per se considerate; sed ex industria camporis qui pecuniam absentem nouit utiliter impendere; unde non tenetur ea de causa descendere in pretio cambii, sicut nec si cui c. modi est equum Lugduno Parisios reducere; cum aliquis in eodem reducendo, vult operam illius conducere. Et ratio est, quia iustitiam modi cambium non sit ad instantiam camporis, vt alibi pecuniam ipse recipiunt, sed camparij qui pro pecunia absente querit presentem. Quo fit, vt in illo contractu campor non teneatur ultimare, quod absentia futura sit ei commoda, sed sufficit rerum conditions per se considerare.

Cæterum, si campfarius cui ad hoc cambium bona fide
datum est, non soluat in loco constituto, quia ibi nec pecu-
niam habet, nec correspondentem, tenebitur campfori re-
fundere quantum illius interest, traditam esse pecuniam in
designato loco; itaut cogi possit illam suis expensis eodem
transmittere, si possibile sit, aut campfori ipsi illam restituere
cum incremento, cum quo erat illam recipiturus in eodem
loco destinato. Ratio est, quia contractus per quem talis
campfarius contraxit obligationem, licitus fuit, & bona fi-
de cum eo celebratus; vnde fallens campforem, perinde te-
neatur ipsum indemnem redere, atque ille qui rem alienam
vendit etiā bona fide. Quod si mala fide campfor con-
trahisset, quia nimur sciri probabilitatem campfariū non
habere in eo loco pecuniam, tanquam furarius in vitroque
foro condeveniret, nec campfarius ad aliud ei teneretur,
quam ad restitutionem summa accent.

Responso, cum uterque simul dicitur, ex accipit.

Vo d propo sita qua stione hoc tertio sensu qua ritur,
Q uod; s; an si ego Parisiensis, v.g. opus habeam centum au-
reis. Iugduni, vbi pecunia careo, & tu Iugdunensis opus ha-
beas totidem aureis Parisiis, vbi similiter pecunia cares; an,
in qua n, inter nos inito cambio, alteruter possit aliquid lu-
cificare? De qua re tenendum est primo, quod si vterque
det, & petat, parque sit valor pecunie vtro bique, neutrum
posse lucificare, sed centum aureos esse commutandos
cum totidem eiusdem estimati onis. Hoc de se manifestum
est; quia vtr ob que omnia sunt paria, siue valorem pecunie,
siue officium transportationis spe cies.

Tenendum est secundo, quod si ob aliquam causam sit in-
qualitas estimacionis dati, & accepti, ea sit compensanda.
Itud etiam de se manifestum est. Namque in eiusmodi cam-
bio nihil aliud incumbit curanduo, quam ut iustitia serue-
tur in vroque eo contractu, qui in implicite in tali cambio co-
tinetur; alter quidem quo Lugdunensis centaur pecuniam

Parisiis transferre Lugdunum in gratiam Pariensis; alter vero quo hic vicissim in gratiam illius censetur transferre pecuniam Lugduno Parisios. Ergo eadē ratione tuncq[ue] potest accipere id ab alio, quod ei competet ex iustitia & aequitate.

Tenendum videtur tertio, quod et si tam mihi, quam tibi commo diffissimum sit cambium, si tamen petas a me tanquam a campsole, nec viciissim ego petam operam tuam, possum sacrificare premium translationis. Ita Sotus in 6. De iust. & iure, quest. 10. art. 1. Et ratio est, quia meum commodum non potest mihi vendere, aut ad illud prosequendum tuam operam mihi locare, nisi cam conduxerim. Quare nec poteris lucrum a me capere, qui minime a me requisitus, sed tibi soli seruiens celebrasti mecum cambium.

Q U E S T I O . X.

*Quid tenendum sit de cambio locali, quando pecunia
valor maior est in uno loco, quam
in alio.*

A D V E R T E N D U M est duobus modis posse contingere, ut aliqua pecunia maiorem habeat valorem in uno loco, quam in alio.

Prior modus est, quo plus valet, quia lege, vel recepta confuetudine plus valoris illius taxatum est in uno loco, quam in alio per comparationem ad alias monetas eorumdem locorum; siue id contingat, quia melior est illius materia in uno loco, quam in alio; puta argentum, vel aurum purius, aut maioris ponderis, sive quia sic statuit potestas publica; ad hoc scilicet, ut moneta maiorem valorem habens in sua ditione quam alibi, pecunia confluat eo aliunde, vel certe ob aliam causam. Atque tunc tenendum est, quando campsi or dat pecuniam vbi minus valet, etiam recepturam vbi plus valet, cambium esse illicitum, nisi illa inaequitas compensetur ex incremento, quod licet i in mercede translationis accipere, iuxta antedicta in explicatione praecedentis questionis, aut ex valore accidentario, qui secundo modo, i que paulo post subiciemus, pecuniae contingit ultra eum quem habet auctoritate publica taxatum. Ratio est, quia sicuti in ceteris omnibus commutationibus, ita & in cambio requiritur, ut aequalitas quoad valorem, seruitur inter ea quae commutantur, siquicunque erit in utilitate, nisi aliquin defacta compensatione iustificetur contraria. Et ita docet Sotus libro 6. De iust. & iure, qual. 12. art. 1. concl. 2.

Quando autem campfors datum pecuniam vbi plus valet, recepturus eam vbi valet minus, tenendum est per eandem rationem, quod posset accipere incrementum, quia non seruare tur alioqui aequalitas. Immo potest insuper capere mercem dem transportationis, quia si tales pecuniae haberent virtutib[us] valorem aequaliter legatum, campfors iuxta antedicta in praeced. quest. posset incrementum capere ratione translationis; cur ergo similiter non poterit, si sint valore inaequales? Si instes, pecuniam campforsi dari transferendam ad aliud locum, non pro se, sed pro campforsi; id ideoque illud quo plus valetibi quam hic, campfari esse, non autem campforis, qui proinde non potest pro illo compensandum capere. Respondeatur, de ratione illiusmodi cambiij non esse, ut campfors in farsi baibili per se, aut per aliud realiter transferat acceptam pecuniam; sed ut transferat eius valorem, dando alibi tantundem de fuso, ad campfarium leuandum ab onere & molestiis transferendi pecuniam suam; ideoque accipere potest tum excessum valoris, quem in illo alio loco habet pecunia, tum etiam premium dicti leuaminis.

P O S T E R I O R M O D U S, quo pecunia plus valeret in uno loco, quam in alio, contingit quando ea, licet per omnia sit æqualis valoris taxatione publicaine utroque loco, potest tamen in uno loco plus valere, quam in alio accidentali ex triplici causa. Prima est, maior illius raritas in uno loco, quam in alio: nam sicut raritas mercium inducit maiorem estimationem earum; ita & raritas pecuniarum, maiorem estimationem earum, non quidem legalem, quæ conueniat pecunia, vt pecunia est, seu retum venalium mensura, sed aliam pecuniam, vt res est permutableibus, conuenienter ei propter indigenitatem natae ipsius raritate, que quo maior vel minor sit mercibus fuerit, sive in ducetur.

ad restitutio[n]e facile condemnandi. Confessarij possunt in foro conscientia, cor[re]endum camplorum c[on]stituentis iudicio rem c[on]mittere, cui ipsi t[em]p[or]a in eadem re porti[m] melius.

Secunda causa est maior multitudo perentium pecuniam ad canarium, & maior paucitas volentium illam dare. Tam enim haec, quam illa facit. vt in loco vni concingit, pecunia ipsa pluris valcat quam in alio, vbi contingit. Immo, & in eodem loco, & in eisdem nundinis, in quarum principio, pecunia plus, aut minus valent, quam in medio, aut in fine, vel contra, secundum quod crescunt, aut decrescent illi qui offerunt, & qui petunt cambiarum. Nam pecunia que per cambrum in uno loco accipitur reddenda in alio, habet se veluti merx; & ideo pretium illius variatur pro varia multitudine, aut paucitate dantium, vel accipientium ad canarium; non tamen quicunque, sed communi, & quæ passim sit. Non enim ex eo quod multi à te petunt, potes augere pretium, nisi communiter & passim id fiat, etiam apud alios, ita ut crescat communis estimatio, iuxta tradita in citato cap. 16.

Tertia causa est, maior securitas pecuniae in uno loco, quam
in alio. Nam res expedita periculo, minofis estimatur quam
secura, ut patet ex mercibus quae habentur in nauis **expedita**
temporatu maris. In illis ergo locis vbi secura est **pecuniae**,
plus ipsa valet, ceteris paribus, quam vbi est expedita pe-
riicolo; siue periculum sit omnium ibi commorantium, siue
sit particolare campiariorum, qui illic soluere tenentur.
Aliquando autem omnes haec causae inuenientur simul con-
currere, aliquando tantum duas & aliquando una scorsim
ab aliis. Quibus aliqui addendam censent opportunatatem
loci ad merces comparandas commodissimi in quo cam-
psor soluit, recepturus in loco ad id incommodo. Sed talis
causa tantum potest locum habere, dum campor efficaciter
vult negotiari, nec aliam pecuniam habet; ita ut inde se-
quatur ei interesse lucri cessantis; aliquot enim faceret lu-
crum ex alterius commoditate, eam illi vendendo, quod est
a ratione alienum.

Atque ob secundi huic modi varietate valoris pecunie
tenendum est, in cambio illius ab uno loco in alium, defec-
tum esse, vel ascendendum iuxta quantitatem valoris
quam in iis locis habuerit. Quod Sotus attigit libro 6. De iust.
& ure, quest. 11. art. 2. Et probatur, quia commutatio a qua
his pro auxiliis in valore licita est ex re natura. Ergo si aliquis
tempore in Flandria, v.g. decem scuta anteaurum valent
quantum in Hispania vnde decim, propter penuriam pecuniae
tun que est in Flandria, & abundantiam que est in Hispania
aut propter alias causas; licetum erit, ceteris paribus
cambium illud quo decem scuta dantur in Flandria, prou
decim quae recipiantur in Hispania & e contra: perinde ac si
cita est commutatio centum mensurorum vini in Hispania
pro octoginta quae reddantur in Flandria, & e contra; posu
to quod hic tantum valent 80. mensurae vini, quantum ibi
100. Atque ad hunc maiorem, vel minorum pecuniae valo
rem dicit Sotus in eodem art. 2. potissimum respicere cam
bientes a loco in locum, per cumque potissimum iustificari
iolorum cambia.

464.

SED MERITO quaret aliquis vnde dijudicari debeat, quodnam sit iustum pretium, quod in cambio de loco in locum accipitur propter maiorem valorem accidentalem pecunie in uno loco, quam in alio? Ad quod respondendum est, ea de re propter circumstantiarum varietatem, & incon-stantiam non posse dari generalem regulam; ita ut nunc hoc, nunc illud indicandum sit iustum pretium. In quo iudicio haberi debet pro mensura, id quod tali tempore in loco cambijs & numeris observatur. Nam deuise ab eo, est trans-gredi limites iusti preuij. Cumuni aestimatione determinari. Quod tamen intellige, dummodo tale communie premium non sit introducendum per monopolium, vel aliam fraudem camporum nimis auidorum lucri. Neque nisi ex eo, quod pre-tium cambiorum commane sit, statim sequitur iustum es- se, quia fieri potest, vt iniusto, vel certe nullo iusto titulo capiatur, vt si propter maiorem solutio[n]is expectationem, minus pretium pro cambio acciperetur.

Tunc de num ero reputat um est tale pre tum iustum
cum fuerit in communi v s u , non v s que adeo ex crescens , v
manif est at in ius fitia appa reat . Atque interim dum non co
flat de ea , etiam si grandia sunt pretia , quae comi niter in fo
ro cambiorum determinantur ; non sunt tamen campso re

ad restitutio[n]ē facile condemnandi. Confessarij possunt in foro conscientiæ, cor[re]ctum camporum cōsentiu[n]dūt iudicio rem cōmittere, cū ipsi tāquā in eadem re periti melius quā ceteri iudicari possint, an illud commune pretium sit iustū. Quanquam monendī sunt serio, vt in tali iudicio rationem habeant salutis animarum suarum, cœanteque ne amordit uiarum obnubilem in ea re intellectum i[st]i forum.

Q V A E S T I O . X L

*Quid tenendum sit de cambio à nundinis ad
nundinas.*

Ad huius explicationem notandum est primo, cambium
locale, seu per literas, nonnunquam ita celebrari, vt statim
visis literis solutio fieri debeat; unde dici solet cambium
ad statim solendum visis literis, quanvis in eo apponatur
aliquando octo, vel decaet, vel duodecim dies, vt si soluturus
est, visis literis id facere possit commode. Qui quidem
dierum numerus, tanquam modicus, non impedit
quominus tale cambium retineat suum illud nomen, quia
parum pro nihilo reputatur. Nonnunquam vero ipsum ita
fiat, vt solutioni praefigatur terminus trium, vel aliquot
in sensu, sive ut solutionem daturus satis temporis habeat
ad illam parandam, sive quia illam recepturus non indiget
e intra illos tres, vel quatuor menses. Nonnunquam demum
ita fiat, vt solutioni praefigantur primæ, vel secundæ, vel ter-
tia, nundinae.

Notandum est secundo, nundinas ad quas datur cambium, soluere quotannis inter mercatores quater celebrari, ita ut singulare celebrentur tribus mensibus clapsis post precedentes. Quod spatiis temporis mercatores ipsi autem inquirent, ut commode ex uno loco in alium litera mittantur, & pecunia paretur. Itaque cambium fieri ad primas, seu proximas nundinas, effieri ex pacto, ut cius solutio debeat fieri post tres menses. Et fieri ad secundas nundinas, & fieri ad sex menses, & fieri ad tertias, fieri ad nouem menses dilata solutione.

Notandum est tertio, cambium quod est ad nundinas, aliquando fieri ab vni nundinis ad alias nundinas in eodem loco celebrandas: aliquando vero fieri ab vni nundinis ad alias celebrandas in alio loco. Aliquando praeterea fieri ab uno loco, in quo non sunt nundinæ, ad alium locum, in quo sunt nundinæ. Et demum aliquando fieri à nundinis vnius loci ad alium locum, in quo non sunt nundinæ. Quam ita sint, de cambio à nundinis ad nundinas, sicut & de ceteris cambiis, tenenda est illa generalis regula Sylva. *vñra*
4. quaſt. 9. dñct. 2. Quoties arbitrio bonorum, & in arte campioria peritorum, pars capiens cambium non grauatur magis quam dans, neque hæc magis quam illa, nisi sileque distans temporis adserit lucrum, neque cambium fingitur, tunc non committi peccatum, nisi adsinistra intentio. Non enim committitur *vñra*, quia *vt supponimus*, si quid accipitur, non accipitur ob dilatationem solutionis, sed alia iusta de causa. Nec item alia iniustitia, cum, *vt eriam supponimus*, neuter contrahentium grauatur.

Quænam autem sit iusta causa aliquid incrementum capiendi, seu lucrandi in cambio; quantumque illud esse debet, ut ipsi pretij ratio seruetur, nec iustitia violetur; iudicandum est per antedicta. Id quod non modicam habet difficultatem ob varias subtilitates quas ex affectu lucrandi campores excogitarunt; itaut plerumque vix aliqua superfit ratio cum eis agendi, quam ut totum committatur ipsorum conscientia, vt coram Deo confidenter num pro ea notitia quam habent de suo cambio, aliquid eis occurrat, vnde suscipient quod aliquam vrsur, aut alterius iniustitiae labem contineat. Intercat autem monendi sunt serio, valde lubricam, & plenam periculis esse cambiorum materiam, prouindeque cateante diligenter, ne pecuniarum cupiditas eos transuersos agat, & diaboli laqueis innectat. Quare nihil temere moliantur, nec suis, aut alienis inventis nimis facile insistant in acupando aurum, & argentinum per cambium; led a doctissimis, & peritissimis praescriptas, & approbatas, tanquam licitas cambiendi rationes, ad vngueni in omnibus sequuntur.

QVOD AVTEM attinet ad conditiones cambij quas
præscriptis

prescripsit Pius V. in Bulla relata à Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 283. lit. N. Prima quidem, ut cāpfor non pacificatur de aliquo lucro, ratione solutioris dilatæ ultra terminum, rigide seruanda est, cum alioqui de iure naturæ cōnstitutus viura. Secunda vero, ne scilicet de certo interesse pacificatur, siue à principio celebri ationis cambij, siue postea, quoniam fundatur in presumptione, ex Nauar. ibidem, procedit tantum in foro externo. Vnde idem author censet, in foro conscientia valere pactum tam de certo, quam de incerto interesse; si moraliter conset illud esse iustum. & quo camparius in nullo, sine legitima causa grauerit. Tertia demum conditio, ne realia cambia aliter stant, quam ad proximas nundinas, vel ybi mundine non aguntur; ad proximum terminum consuetum defigari in cambio ad a' emolum, intelligenda est ex Nauar. non quod prohibeat cambium ad secundas, vel tertias nundinas; sed quod prohibeat lucrum maius camporis cambientis eo nomine, quod solutionem differat ad secundas, vel tertias nundinas. Neque enim intentio Pontificis fuit impedire solutionis dilationem, cum fiat in bonum camparius; sed tantum impedit vſuram qua committitur capiendo lucrum ob ipsam dilationem solam.

Depraxi cambiorū vſitata hodie malo tacere, quā perperā dicere inexpertus, cū tot subtilitatibus secat, tenebras offundētibus, vt si eū paulo ante attigimus. Cōfessario nihil sit reliquum, quā campores hortari, vt pro ea notitia quam habent, indicent tanquam constituti in articulo mortis, num quid interueniat de quo constituti illos remordeat. Qui volerat aliqua de tali praxi (qua paucorum locorum est, ac paucarum personarum) in particulari seire legere poterit Ludouicū Molinam, Leonardū Lessium, & Ferdinandū Rebellam locis antea citatis.

TRACTATUS VI.

De commodato, & Locato.

X contra cōtribus ciuilibus alijs sunt per quos trans fertur rei dominiū, alijs per quos non trans fertur. De illis, Deo proprio, dicitū est haec tenus; de his est cōsequēter dicendū. Quorū alijs sunt per quos vſus rei trans fertur, vt cōmodatū, & locatū; alijs per quos rei custodia, vt depositū, & pignus, seu hypotheca. De illis prius quā de his agemus propter maiorem eorum cōvenientiam cū mutuo, & emptione. Atq; in iure Canonico extat in lib. 3. Decretalium, titulus 15. de cōmodato, & titulus 18. de locato, & conducto. In iure Ciuii autē, ff. lib. 13. titulus 6. cōmodati, vel contra, & lib. 19. titulus 2. locati, & conducti. Item Cod. lib. 4. titulus 23. de cōmodato, & tit. 65. de locato, & conducto, & Inſtit. lib. 3. tit. 25. de locatione, & conducione. Late de cōmodato agit Molina. De iust. & iure, tract. 2. disp. 29. & quatuor sequentibus, & de locato ibidē, & disput. 46. ad 50. Contenti autem erimus de illis docere primo, quid, & quotuplicia sint: secundo, quānam ex eis obligations, & actiones oriuntur: tertio, cuius damno pereat, aut deterioretar res in eis: quanto, quomodo finiantur,

CAPUT XXXV.

De definitione, & divisione commodati, ac de actionibus, & obligationibus que ex eo oriuntur.

SUMMARIUM.

468 Vnde dictum commodatum, & quid ipsum sit.

469 Commodari diu sio triplex.

470 Commodatum propriæ, & differentia illius à precario, & huīus à donatione.

471 Quinque obligations quas cōmodatarius habet, ex cōmodato.

472 Actiones que nascuntur ex cōmodato.

Definitio cōmodati.

DIC TVM est cōmodatum quasi vtēs cōmodo datum, vt notat glossa ad Cap. vnicum De cōmodato, verbo

commodatum. Definiri vero potest (iuxta textum in §. item is. Institutis, Quibus modis re contrahatur obligatio) gratuita alicuius rei concessio quoad vſum tātum. Dicitur, gratuita, quia si interueniat merces, erit locatum aut contratus innominatus, do vt des vel do vt facias, ex cit. glossa. Dicitur, a' cuius rei, ad indicandam materiam commodati, per quam ipsum distinguuntur à mutuo. Ea enim est, non quaevis res, sed quae non consumuntur vſu. siue sit immobilis, vt domus, siue mobilis, vt liber, securis, &c. siue se moventis, vt seruus, equus, mulus, &c. siue sit corporalis, quales sunt iam memoratae, siue incorporalis, vt iura vtendi, vel fruendi ipsis corporalibus, quae dicuntur, vſusfructus; item que seruitutes praediorum, vt cadem glossa annotat. Mutui autem materia, est res vſu consumptibilis. Aduerte tamen ex lege Sed mihi, in fine, & ex lege Sæpe videtur, ff. Commodati: rem vſu consumptibilem posse commodari ad pompam. Vbi pompæ nomine, ex syll. in rebo commodatum quest. 1. intellige omnem vſum per quem res non consumuntur ex toto. Et ita, quantumvis pecunia sit de iis rebus qua vſu consumuntur: nonnunquam tamen contingit celebrari in ea cōmodati contractum; vt quando traditur alicui ad ipsum exhilarandum, vel ad ostendendas magnas diuitias. Dicitur denique, quo ad vſum tantum: quia reuera per cōmodatum, aliquid cōmodatario dantur; non quoad dominium, & proprietatem; ex lege Rei cōmodatæ, ff. Commodati: sed folum quod vſum rei cōmodatæ: in hocque distinguuntur à deposito & pignore, in quibus nec dominium, nec vſus rei traditur.

Divisio cōmodati.

IAM tripliciter diuidi potest cōmodatum. Primo, ex parte rei cōmodata. Est enim, vt iam attigimus; vel rerum mobilium, vel se mouentium, vel immobilium, vel incorpórium. Et mobilium rursus; vel prophanarum, vel sacrarum. Item se mouentium, vel liberarum, vt famulorum: vel non liberarum, vt ceterarum. Denique incorporearum; aut iuriū siue vtendi, siue fruendi; aut seruitutum prædij, siue rusticis, siue urbani.

Secundo diuidi potest cōmodatum ex parte contrahentium. Nam fieri potest in bonum tantum cōmodatarij, quod frequens est, vel in bonum tantum cōmodatoris, vel in bonum virtusque. De quo Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 184.

Postremo diuidi potest ex modis quibus sit: aliquando enim sit proprie, nempe dum res ad certum tempus cōmodatur: siue ex prece, vt si cōmodem tibi equum ad tres dies, siue etiam tacite; vt si cōmodem tibi librum describendum: tunc enim, vt & quoties alias cōmodatur res ad aliquem vſum, cēnserit tacite cōmodata in id tempus quod requiritur est ad eum vſum habendum: v.g. ad totum tēpus quo liber cōmodatus debet, & potest transcribi; nisi aliud inter partes convenientum sit; aliquando vero cōmodatum ipsum sit improprie, & tunc dicitur precarium, de quo est titulus 26. lib. 43. Digestorum, & titulus 14. lib. 3. Decretalium. Ex cuius cap. finali habetur, ipsum esse id quod precibus petenti vtendū conceditur tamdiu qāndiu is qui concepit, patitur. Ex qua definitio intelligitur ipsum distinguiri à donatione, quod donans concedat rent tanquam non recepturus; dans vero precario, tanquam recepturus quando volet. A cōmodato vero propriæ dictione distinguui, quod nō detur ad certum tempus vel ad certum vſum, sicut cōmodatum: sed detur ad tempus indefinitum; ideoque ipsum reuocari possit quandcumque voluerit is per quem est concepsit: non item cōmodatum; sed tantummodo finito tempore, & vſu ad quem res expresse, vel tacite est cōmodata.

Obligationes & actiones que ex cōmodato oriuntur.

POTRO ex cōmodato cōmodatarius habet quinq; obligations. Prima est; vt re cōmoda vti nō possit, nisi ad eum vſum, ad quē cōmodata est: ex lege Si vt certo, §. Sed interdum, ff. Cōmodati: vt si cōmodauit ibi equum vt ires ad villam, & illum duxisset bellum. Id quod est contra naturam cōmodati. Similiter, vt nō possit vti diutius, nec alibi quā sit conuentio facta, prout habetur ex principio cōmodati.